



Mariae Virginis Sacratiss. Miraculorum Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. V. Integer iuuenis, uisa coeli regina, ab ea diuelli non potest,
quocirca corporis uinculis solutus, una cum ipsa ad coelum recta euolat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

splendore ornatam, ac praeditam esse Dei matrem, ut post filium, eam uidere sit solida, & aeterna felicitatis. Ecquis post Deum, eam auguste non colat, qui in eius cultum se totum non conuertat? Quidnam ab eius ueneratione mortaleis retrahat, quam Angelorum chori, & coelestes omnes sanctissime uenerantur? coelestib., & immortalib. bonis iij certe cumulantur; quib. spes injecta est; ut sereni eius luminis aspectu quandoq. fruuntur.

MIRAC. VIRG. II

Integer iuuenis, nisi coeli regina, ab ea diuelli non potest,

quocirca corporis uinculis solatus, una cum ipsa ad celum recta euolat.

MIRAC. VIRG. II

I Vuenis, impensissem Virginis nomen pio, ac sinecuro cultu uenerabatur, eiusq. pulchritudinem studiōse contemplabatur. Is mane, cūm ē lecto surgebat, & ad uesperam, ante quām somnum caperet, ea prius Angelicae salutationis uerbis salutata, se se illi religiosè commendare, eius fidem implorare, & uehementer orare; ut in coelesti regno diuinam illam pulchritudinem intueri liceret, qua ipsa inter filias Hierusalem mirabiliter excellit. Iamdiu id facere perrexerat, cum ei coeli regina diuino splendore omnia perfundens antē oculos occurrit; rogauitq., an suā pulchritudinē aspicere ipse cuperet. Respondit iuuenis, sibi nihil prius esse, quamvis qui coelesti illo aspectu frueretur, esset indignus, nullam moram clementissima produxit; sed se illi ultrò conspiciendam

spiciendam dedit; ut eam pulchritudinem liceret cōtemplari; qua ipsa ab aeterno rege ornata, & praedita fuerat. Iam in eam illius oculi diu fixi, & intenti fuerant, cum statim aperte professus est; in facundam sibi postea & acerbam uitam futuram, nec se diutius uile uere posse, si à serenae illius lucis conspectu diuelleretur. Amantenea, ac perbenignè ita iuuenem allodcuta est: quia ò iuuenis apud te tam mirificos amores pulchritudo mea excitauit; & non sine dolore ab ea te separari indicas, ego à corpore tuam hanc animam seuocabo: ut mecum hinc in coelum ad filium meum concedat; & demigret. Quapropter statim elus anima corpore soluta, & una cum Virgine ab Angelis in coelum elata est.

Mirum in his virginis simulacris iuxta. iijq M
minolat sub **MIRAC. VIRG. P. I.** in
-tobz simo obsoletis sibz dico. qd
-b. Miserè quidam impi statim occidunt; qui religione uiola-
ta, Virginis statua iniuriam intulerant.

IN coenobitarum templo, quod Rodupo oppi-
-do proximum est, imago Virginis sculpta est. il-
-lius pedibz deuoluta mulier, operam preicationi
studiosè dabant. Interim duo impi, ac sceleri in thi-
-liere maledicta conseruare, & sanctissimam imaginem
diris imprecationibz detestati coeperunt! immo unus
ex illis in paruam eius, qui toto terratum orbe capi-
non potest, imaginem, lapidem iaciens, alterum eius
brachium effregit. è brachio sanguine statim manan-
te, impius misere occidit: cui, dum alter opem uellet
afferre, a cacodaemone obfessus posterio die & ipse
obijt.